

PROF. JAKOB (PETER) TAPPIUS

Fakultät	Medizinische Fakultät
Geboren	1603 in Hildesheim
Gestorben	1680 in Helmstedt
Kurzvita	Med. Prof. in Helmstedt (1632–1680);
Ehefrauen	Anna Elisabeth Tappe geborene Clacius (1611–10.10.1641), Heirat 1632; Ursula Tappe geborene Riemenschneider (28.07.1606–06.09.1676), Heirat 1642
Porträt	HAB: A 2, 632
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/117201766
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-221-tappius

Lehrstühle

1632–1680 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Vorlesungen (90)

Iacobvs Tappivs D. quoniam doctrinam de febribus, (de qua alias propter materiae amplitudinem seorsim agere constituerat) affectib. cordis adtexuit, omnia illa que ad pathologia pertinet absolvere hactenus non potuit. Igitur ijs qua de abdominis morbis restant, aliquot adhuc impendet septimanas, postea vero perget ad *τεραπευτικῶν* sive methodum medendi. Docet hora III. pomeridiana, Sommersemester 1639

Iacobvs Tappivs D. nuper auspicatus est doctrinam de Febribus: in qua perget, & quae maxime in ea controversasunt explicabit., Sommersemester 1640

Iacobvs Tappivs D. & Med. practicae Prof. quum in methodo medendi eo pervenisset, ut docendum effet, qua ratione bona dicta morbi cum curari, tum praecaveri debeant, in gratiam nonorum, aliarum artium studiosorum, qui haec audire voluerunt, ea ita tractare cepit, ut, praeter illa quae ad nostrae artis cultores proprie pertinent, simul ostendat, quomodo Iuvenes literarum studiis incumbentes sanitati suae connaturales (ut vocantur) recte instituere possint. In hac autem doctrina jam pergit, eaq. ad finem perducta ad reliqua Therapeutices capita accedet., Wintersemester 1641/1642

Iacobvs Tappivs D. quam primum Magistratu se abdicaverit in methodo medendi perget, & Disputationes publicas de Febribus continuabit., Wintersemester 1642/1643

Iacobvs Tappivs D. explicatis affectibus Organorum sensuum perget ad morbos faucium & medii ventris sive thoracis. [...], Wintersemester 1643/1644

[...] Disputationem habet sub praelo de veris phrenesis caussis ejusque subjecto., Wintersemester 1643/1644

Iacobvs Tappivs D. nuper auspicatus est doctrinam de Febribus: in qua perget, & quae maxime in ea controversa sunt explicabit., Wintersemester 1644/1645

Iacobvs Tappivs D. in explicatione aphorismorum Hippocraticorum perget. Confecit etiam duas disputationes, unam de illa controversia, an calor febrilis specie differat a calore nativo, alteram, de

Rigoris & Horroris veris causis contra vulgare opinionem, quas hoc elapso semestri ob defectum idoneorum Respondentiu, uti vocantur, habere non potuit; jam vero aucto Medicinae studiosorum numero, publico examini subjiciet., Sommersemester 1646

Iacobvs Tappivs D. perget auditores suos exercere in particularibus casibus sive exemplis Febricitantium, quae illi ad certam Febris speciem reducent, eorumque causas, [...], Sommersemester 1647

[...] symptomata, signa & secundum indicantia curandi modum enarrabunt, ipse vero quae controversa sunt, neque non selectissima & probatissima medicamenta addet., Sommersemester 1647

Jacobus Tappius D. perrexit ni proponendis et explicandis particularibus morborum casibus inq. iis usum methodi medendi ostendit., Wintersemester 1648/1649

Iacobvs Tappivs perget in expositione affectuum Thoracis, eorumq; curationis modo, & [...], Sommersemester 1650

[...] continuabit disputationes publice de pracipuis controversijs Medicis., Sommersemester 1650

[...] Continuabit etiam privata exercitia disputatoria Tironum gratia instituta. [...], Sommersemester 1652

[...] Publice disputabit de Melancholia desipientia & Vertigine., Sommersemester 1652

Iacobus Tappius D. postquam cerebri morbos absolvit, perget reliquarum partium corporis humani affectus enarrare. [...], Sommersemester 1652

[...] exercitium privatum disputatorium continuabit, eo vero defunctus in pathologicis perget., Wintersemester 1652/1653

Iacobvs Tappivs D. hodie ProRector quam diu magistratum geret, [...], Wintersemester 1652/1653

Iacobus Tappius D. medendi methodum, quam non ita pridem auspicatus est, continuabit. [...], Sommersemester 1653

[...] Perget etiam in exercitio privato disputatorio., Sommersemester 1653

Iacobvs Tappivs D. absolutis ijs quae de qualitatibus medicamentorum restant, auspicabitur doctrinam de eorundem compositione. [...], Sommersemester 1654

Publice disputabit de Catarrho, Sternutationis & Singultus caussis. [...], Sommersemester 1654

[...] Praeterea continuabit Exercitationes privatas pathologicas., Sommersemester 1654

Jacobus Tappius D. in doctrina de medicamentorum compositione, quam deduxit usque ad Apozematum artificiosam praeparationem, perget, & disputationes publicas de pracipuis controversiis medicis continuabit., Sommersemester 1655

Iacobvs Tappivs D. in Pathologia quam nuper rogatu studiosorum auspicatus est, perget, & Methodum Medendi antehac a se auditoribus suis traditam publicis disputationibus subjiciet; [...], Sommersemester 1656

[...] neque non Exercitium privatum disputatorium continuabit., Sommersemester 1656

[...] disputationes publicas de Medendi Methodo continuabit., Wintersemester 1656/1657

Jacobvs Tappivs D. hodie Pro-Rector quantum per academiae negotia licuerit in lectionibus pathologicis perget, & [...], Wintersemester 1656/1657

[...] tum privatas de morborum caussis & symptomatibus continuabit., Sommersemester 1657

[...] & Disputationes tum publicas de curationis Methodo, [...], Sommersemester 1657

Jacobvs Tappivs D. in Lectionibus pathologicis perget, [...], Sommersemester 1657

Jacobus Tappivs D. in lectionibus Pathologicis perget, de Symptomatibus sensuum externorum acturus; [...], Sommersemester 1658

[...] exercitium privatam disputatorium in gratiam tironum continuabit, neque publicas, si occasio erit, negliget disputationes., Sommersemester 1658

[...] Disputationes etiam publicas tum de medendi methodo, tum de alijs oblati materijs continuabit., Sommersemester 1659

Iacobvs Tappivs in lectionibus pathologicis perget, & in specie aget de morbis faucium pulmonum, cordis & diaphragmatis. [...], Sommersemester 1659

Iacobvs Tappivs D. aget de soporosis affectibus, Lethargo, Caro, Comate & c. Cum autem illi morbi absque vera somni naturalis cognitione recte intelligi non possint, prius suam de Somni natura & caussis sententiam; & an somnus cerebri, an vero secundum Aristotelem cordis affectus sit, auditoribus suis exponet., Wintersemester 1659/1660

Iacobvs Tappivs D. porro seliget morbos cognitu difficiliores & in eorum caussas inquiret, easque explanabit. Proxime autem aget de Catalepsi, Syncope, Sternutatione Asthmate, Singultu, & Hydrope., Sommersemester 1660

[...] Disputationes etiam publicas continuabit., Sommersemester 1661

Iacobvs Tappivs D. in lectionibus Pathologicis perget, & operam dabit, ut totam illam doctrinam proximo hoc semestri absolvat. [...], Sommersemester 1661

Iacobvs Tappivs D. in explicandis causis symptomatum externorum sensuum, faucium & pectoris perget; [...], Wintersemester 1661/1662

[...] continuabit, etiam Disputationes publicas de curationis Methodo, & de principum facultatum sive sensuum internorum & mentis laesionibus earumque caussis, contra vulgarem opinionem, Wintersemester 1661/1662

Jacobus Tappius perget in explicatione morborum cognitu difficiliorum; [...], Sommersemester 1662

[...] & continuabit disputationes publicas tum de Methodo Medendi, tum de sensuum internorum morbis., Sommersemester 1662

Iacobvs Tappivs D. morbos difficiliores insimi Ventris explicabit, & [...], Wintersemester 1662/1663

[...] Disputationes publicas continuabit. Tractatum quoque eder de sensuum internorum functionibus laesis., Wintersemester 1662/1663

Iacobvs Tappivs D. h.t. ProRector, in gratiam tironum qui hoc vere in academiam venerunt, denuo auspicabitur Pathologiam, sive doctrinam de morbis eorumque causis. [...], Sommersemester 1663

[...] Continuabit etiam Disputationes publicas., Sommersemester 1663

[...] & disputationes publicas de morbis cognitu difficilioribus continuabit., Wintersemester 1663/1664

Iacobvs Tappivs in doctrina pathologica quam nuper in gratiam tyronum auspicatus est, perget, [...], Wintersemester 1663/1664

Iacobvs Tappivs D. in lectionibus pathologicis perget, & in specie aget de Caussis imtemperiei cum materia, ut loquuntur; item de caussis morborum organicorum, & solutae unitatis, neque non de symptomatum generibus. [...], Sommersemester 1664

[...] Continuabit etiam disputationes publicas de affectibus soporosis., Sommersemester 1664

Jacobus Tappius in Pathologicis lectionibus perget; quibus absolutis, de usu nervorum, materia hactenus nunquam satis declarata aget. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Publice disputabit de Comate, Caro & Lethargo., Wintersemester 1664/1665

[...] Horis vero succisivis de usu nervorum spirituumque animalium etiam aget., Sommersemester 1665

Iacobvs Tappivs D. absolutis iis quae adhuc ex pathologicis restant, in methodo medendi perget, [...], Sommersemester 1665

[...] Disputationes publicas continuabit. [...], Sommersemester 1665

Iacobvs Tappivs D. Cum hactenus egerit de motus animalis actionibus depravatis, jam porro explicabit morbos & symptomata quae illum motum vel imminuunt, vel prorsus tollunt. His expositis, perget in methodo medendi., Wintersemester 1665/1666

Iacobvs Tappivs D. absolutis, pro instituto suo, lectionibus pathologicis, revertetur ad Methodum Medendi jam pridem a se inchoatam, & operam dabit, ut hoc Semestri aestivo eam ad finem perducatur. [...], Sommersemester 1666

[...] Publicas etiam Disputationes continuabit., Sommersemester 1666

Iacobvs Tappivs D. in Methodo medendi perget, & [...], Wintersemester 1666/1667

[...] continuabit Disputationes publicas pathologicas., Wintersemester 1666/1667

Jacobus Tappius D. absolutis morbis intemperiei, porro qua methodo in morborum organicorum curatione procedendum sit, auditoribus suis hodie praeter solitum numerosis ostendet., Sommersemester 1667

Iacobvs Tappivs D. perget in Methodo curandi morbos organicos, & quidem qua ratione morbi vitatae magnitudinis, numeri, situs & cohaerentiae sint corrigendi, ostendet., Wintersemester 1667/1668

[...] neque non publicas Disputationes continuabit., Sommersemester 1668

Iacobvs Tappivs D. progredietur in methodo medendi, & quae restant de morbis in vitioso numero, situ, & soluta unitate consistentibus absolvet, [...], Sommersemester 1668

Iacobvs Tappivs D. in methodo medendi perget, & qua ratione morbi malae cohaerentiae & solutae unitatis curandi sint, explicabit. Disputationes etiam publicas continuabit., Wintersemester 1668/1669

Iacobvs Tappivs D. quam primum Magistratum Academicum deposuerit, ad ordinarias lectiones redibit, & methodum medendi continuabit., Sommersemester 1669

Iacobvs Tappivs D. operam dabit, ut quae in Methodo Medendi restant, hoc semestri absolvat., Wintersemester 1669/1670

Jacobus Tappius D. in Methodo medendi progredietur, & ad finem perductis dissertationibus de sensuum internorum laesionibus, jam se conferet ad sensuum externorum morbos, & primo de Tactu de pravato, imminuto & sublato publice disputabit., Sommersemester 1670

Iacobvs Tappivs D. De curatione morborum solutae unitatis aget, & disputationes pathologicas continuabit., Wintersemester 1670/1671

Iacobvs Tappivs D. Absoluta in Methodo medendi Pharmacia, perget ad Cheirurgiam & Diaeticam in curatione morborum necessariam., Sommersemester 1671

Iacobvs Tappivs in Methodo Medendi perget, & Disputationes pathologicas continuabit., Wintersemester 1671/1672

Iacobvs Tappivs D. quantum per ingravescentem aetatem licebit, ea quae hactenus Medendi Methodo tradidit, publico examini subjiciet., Sommersemester 1672

Jacobus Tappius D. Cum hactenus de sensuum internorum actionibus laesis egerit, porro jam sensuum externorum Symptomata enarrabit, & publicis disputationibus proponet, proxime initium

facturus des sensus Tactus depravatione. Neque non quae de medendi methodo tradidit, alternis vicibus publicis Disquisitionibus subjiciet., Wintersemester 1672/1673

Jacobvs Tappivs D. Continuabit Disputationes publicas tum pathologicas, de sensuum externorum affectibus, tum therapeuticas, de speciali curandi morbos methodo., Sommersemester 1673

Jacobvs Tappivs D. Continuabit Disputationes de Sensuum externorum depravationibus; neque non, quae de Methodo medendi restant, absolvet., Wintersemester 1673/1674

Jacobvs Tappivs partem specialem Methodi curandi morbos secundum tria morborum genera continuabit, eamque, uti non ita pridem coepit, typis publicabit., Sommersemester 1674

Jacobvs Tappivs D. Tractatum suum de sensuum Internorum laesionibus pertextet, & deincops publico examini subjiciet., Wintersemester 1674/1675

Jacobvs Tappivs D. jam ad finem perducto Tractatu de fuctionum sensuum internorum Laesionibus, continuabit Methodum Medendi specialem, ostendentem qua ratione in particularibus exemplis sive morbis generalis Methodus ad usum transferri debeat., Wintersemester 1675/1676

Iacobvs Tappivs Academiae Senior adhuc occupatus est in sua medendi methodo speciali, ob particularia exempla eorumque curationes paulo prolixiore, operam autem dabit, ut ea recognita proximo trimestri in publicam prodeat lucem., Sommersemester 1676

Jacobvs Tappivs academiae Senior calamitatibus domesticis imprimis gravissimi, Filiae & Uxoris morbis & hujus tandem obitu impeditus, Methodum suam Medendi, quam sub praelo habet, ad finem ut nuper promiserat, perducere non potuit. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Dabit autem jam operam, ut hoc trimestri, si Deus eum incolumen servaverit, huic Methodo extrema manus imponatur., Wintersemester 1676/1677

Iacobvs Tappivs hodie ProRector quod reliquum est de edenda sua Methodo Medendi ad finem perducet., Sommersemester 1677

Jacobvs Tappivs, Etsi jam dudum rude donatus sit, tamen, si Deus vitam & vires largitus fuerit, de nonis motibus nonnaturalibus, ut Singultu, Oscitatione, Sternutatione, & aliis, quorum causae non satis explanatae sunt, aget., Wintersemester 1677/1678

Jacobus Tappius, Si Deus vitam & vires suppeditaverit, operam dabit, ut hac aestate quaedam scripta sua affecta ad finem perducatur, & in lucem emittatur., Sommersemester 1678

Jacobvs Tappivs in explicanda Methodo Medendi, quam non ita pridem auspicatus est, perget & operam dabit, si Deus ei vitam & vires largitus fuerit, ut hoc Semestri eam ad finem perducatur., Wintersemester 1678/1679

Jacobus Tappius Methodum medendi quam mense Septembri anni praeterlapse publicis lectionibus Auditoribus suis tradere caepit, continuabit, operam daturus, ut proximo hoc semestri eam absolvat., Sommersemester 1679

Jacobus Tappius D. Doctrinam de Compositione Medicamentorum, quam non ita pridem auspicatus est, pertextet, eaque ad finem perducta, si Deus ei in extrema hac senectute vitam & vires largitus fuerit, de formis medicamentorum aget., Wintersemester 1679/1680

Jacobus Tappius D. Etsi jam dudum emeritus tamen, si Deus vitam & vires ei suppeditaverit, hoc semestri spatio particularia exempla sive historias morborum intemperierum, quibus humanum corpus afficitur, enarrabit., Sommersemester 1680

Jacobus Tappius, si Deus vitam & vires largitus fuerit, in proponendis casibus particularibus, uti hactenus coepit, perget., Wintersemester 1680/1681

Beteiligung an Dissertationen (2)

Widmungsempfänger in: Wiedeburg Heinrich (Präses): De Modo Sciendi In Qualibet Scientia Prudenter Observando Prima Exercitationum Academicarum, 23.05.1678. VD17 12:172332S

Respondent in: Strubius Johannes (Präses): De Demonstratione In Communi Disputatio Logica, 22.02.1623. VD17 23:238118D

Rechenschaftsberichte

Zeitraum

Text
Iacobus Tappius Doctor hoc tempore academiae Iuliae ProRector ob negotiorum academicorum cumulum ordinariis quidem horis docere non potuit, non tamen defuit studiosis consilio et manuactione ad artem medicam addiscendam et ipso opere factitandam.

Quelle
37 Alt 204, H.1, 104

Zeitraum
11.01.1653–29.03.1653

Text
Iacobus Tappius Doctor / Die XI Ianuarii Magistratu abii / Sequentibus tribus septimanis absolvit ea qua in Exercitio privato disputatorio restabant / Die X Februarii auspicatus est lectiones publicas de methodo medendi easque continuavit ad hunc usque diem excepto XXIV Februarii Filiae sponsalibus sacro et XXI Martii quo Schönungen iter fecit. Compensavit autem neglectos hosce lectiones die XXIII et in nundinis XXIX eiusdem mensis. Disputavit publice die T. Octobris de Melancholia / Scripsit haec 2 April. Anno 1653

Quelle
37 Alt 204, H.1, 151

Zeitraum
15.04.1653–30.06.1653

Text
MDCLIII / Iacobus Tappius Medicinae Doctor post ferias paschales XV Aprilis Lectionem publicam vernalem instituit / Sequentem septimana ob negotia ad parandas Filiae nuptias maxime necessaria Guelpherbytum iter fecit / Quatuor tum neglectae lectiones privatis disputationibus gratis habitis compensabit / Diebus XXV et XXVI April in methodo medendi perrexit / XXVIII publice exhibita et explicata sunt simplicia Theriacae et XXIX Mithridatii ingredientia / Sequentem hebdomada, ob celebratas filiae [v] nuptias lectionibus vacare non potuit / XI Maii privatim disputavit de causis symptomatum sensuum externorum / XII rediit ad publicas lectiones easque continuavit usque ad festum Pentecostes / VIII, IX [et] X. Iunii in iisdem progressus est lectionibus / XI privatam habuit disputationem de Visus symptomatibus / XIII paravit se ad sequentis diei actum solennem in quo Valentino Henrico Voglero Medicinae Professori publico gradum Doctoris contulit / XVII Iunii Mixtioni et compositioni Theriacae una cum Medicinae studiosis interfuit / [68r] / XX Iunii iterum disputavit de morbis Auditus / Proximis diebus celebrata est festivitas Doctoralis nuptialisque Domini Ioachimi Hildebrandi Sanctae Theologiae Professoris publice / XXVII Iunii species, ut vocantur, Mithridatii ingredienti fuerunt commixtae inspicientibus et componendi modum discentibus Medicinae studiosis / XXVIII et XXX in curativa Methodo progressus est usque ad indicationes a sexus et aetatis diversitate sumendas / Praeterea publice disputavit de Vertigine.

Quelle
37 Alt 204, H.1, 67-68

Zeitraum	03.10.1653–13.12.1653
Text	Anno MDCLIII / Iacobus Tappius Medicinae Doctor absolutis iis quae ad generalem medendi methodum pertinent, die III Octobris auspicatus est doctrinam de medicamentorum natura, differentiis et qualitatibus eamque hoc et sequentibus duobus mensibus usque ad medicamenta certum aliquod obiectum in corpore humano praeter naturam contentum respicientia, ut sunt sudorifera, diaretica, calculum frangentia et continui lectionibus deduxit / exceptis IV et V Octobris quibus nuptiis Superintendentis Schönningensis interfuit / et decimo undecimoque octobris neque non I. II et IV Novemberis, quos curationi Tribuni de Planis feбри quartana laborantis impendit / quicquid autem / [v] / septem his diebus neglectum fuit, privatis disputationibus gratis diebus feriatis habitis compensavit / Praeterea a primo Decembris usque ad 13 eiusdem mensis visitatio pharmacopolis academici fuit instituta.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 71
Zeitraum	31.12.1654–06.04.1655
Text	Anno MDCLV / Iacobus Tappius D. a die XV Ianuarii usque ad XXVII egit de dosibus medicamentorum tum alterantium tum purgantium. / Eiusdem mensis XXIX vocatus est Wolferbytum in negotio commune convictorium concernente. / A die V. Februarii usque ad XXIII convenientiam et discrepantiam Graecorum, Arabum et recentiorum Medicorum in doctrina de catharricorum medicamentorum dosibus Auditoribus suis ostendit, eiusque rei causas exposuit. / XXVII caepit agere de generibus et formis Medicamentorum, usque ad X. Martii. / Die XIII Martii obiit eius Neptis Filiota Celeberrimis Magistri Iohannis Hornei, a quo tempore usque ad sepulturam, quae incidit die XX in publicum prodire ei non licuit / XXVI Martii rediit ad lectiones suas easque VI. Aprilis usque ad Apothemata conficiendi modum deduxit.
Quelle	37 Alt 2489, 8
Zeitraum	15.01.1655–06.04.1655
Text	Anno MDCLV / Iacobus Tappius Medicinae Doctor a die XV Ianuarii usque ad XXVII egit de dosibus medicamentorum tum alterantium tum evacuantium: Eiusdem mensis die XXIX vocatus est Wolferbytum ob negotium concernens commune huius academiae convictorium / A die V Februarii usque ad XXIII convenientiam et discrepantiam Graecorum, Arabum et Recentiorum Medicorum in doctrina de cathartorum medicamentorum dosibus ostendit, eiusque rei causas exposuit. / Die XXVII coepit agere de generibus et formis medicamentorum / [v] / usque ad X Martii / Die XIII Martii obiit eius Neptis Filiola Magistri Iohannis Hornei, a quo tempore usque ad sepulturam quae incidit in diem XX Martii ob luctum in publicum ei prodire non licuit / XXVI Martii rediit ad lectiones easque VI Aprilis deduxit usque ad modum conficiendi Apozemata.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 42
Zeitraum	24.04.1655–28.06.1655
Text	Anno MDCLV / Iacobus Tappius Medicinae Doctor post festum Pachatos die XXIV Aprilis rediit ad ordinarias lectiones et usque ad XII Maii (excepto die III,

	IV et V quibus novo Pharmacoporo officina pharmaceutica fuit tradita) egit de infusionum et Apozematum differentiis et praeparandi modis / Diebus XIV, XV, XVII, XX, XXV, XXVIII quomodo vina medicata Electuaria condita, Extractus Linctus et pilulae Boli sint parandi exposuit / XVIII publica instituta est herbatio / XXII interfuit Consistorio / XXIV sacer fuit Adscensionis Christi / [v] / Die 1 Iunii privatam instituit herbatationem / Finitis feriis pentecostalibus die XII, XIV, XV, XVIII, XIX, XXI, XXII egit de pulveribus, Trochiscis confectionibus, saccheratis Rotulis Morsulis et Salibus / XXV et XXVI publicum Philosophiae Candidatorum examen et XXVIII eorundem promotio fuit instituta.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 44-45
Zeitraum	06.07.1655–23.08.1655
Text	Anno MDCLV / Iacobus Tappius Medicinae Doctor Die VI Iulii privatam habuit herbatationem / XII et XIII transitam fecit ad medicamenta extrinsecus applicanda / XVI profectus est Brunsvigam ad nuptias Danielis Eberfeldii Pharmacopaei nostri / XIX abiit nomine academiae in pagum Kissebrugge ad elocandas decimas ad commune convictorium pertinentes / XX rediit ad academiam et diebus XXII, XXIV, XXVI, XXVII, XXX, XXXI qua ratione, Glandes, Enematapessi, Epithemata, Cataplasmata, et Seculi conficiendi et applicandi sint docuit / Consistorio publico verum Solennitate novi Prorektoris impeditus est IX et X Feriae nundinales fuerant / [v] Die III Augusti VI, IX, X, XVI, XX, XXI, XXVII [et] XXVIII egit de oleis, Balsamis unguentis, Emplastris, ceratis sinapismis canteriis, Gargarismis, Errhinis, collyriis, Lotionibus, Balneis / XIII Augusti Halberstadium ad agonatam quandam suam aegrotantem vocatus est, et cum illa paulo post moreretur, XXIII die ad sepulturam abiit, postridie reversus est ad academiam.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 47-48
Zeitraum	03.09.1655–14.12.1655
Text	Anno MDCLV / Iacobus Tappius Medicinae Doctor etsi sibi proposuerat quatuor his sequentibus mensibus methodum medendi ad finem perducere; tamen rogatu studiosorum medicinae (quorum maxima pars Pyronee sunt) mentem mutavi et pathologiam auspicatus est, et quidem hac ratione, ut illam in lectionibus ordinariis brevibus thesibus proponat easque deinde diebus extraordinariis disputationibus privatis subiiciat / In quo Exercitio a die III Septembris usque ad Festum Nativitatis ordine disputavit, et doctrinam hanc usque ad specialem causarum morbificarum cognitionem deduxit / Die XVII cum clementissimo Domini Magnificentissimi Directoris consensu iter fecit Delmenhorst in negotio sibi summe necessario, ad academiam rediit XX Octobris quicquid eo tempore neglectam fuit / diebus extraordinariis Exercitationibus privatis gratis institutis compensaturus est / Die IV Decembris cum Domino Doctore Iohannes Mehlbohmio in negotio academico Wolferbytum ad Ordines provinciales ibidem congregatos missus est, unde domum rediit / Die XIV et sequentibus instituta est visitatio academiae.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 90
Zeitraum	09.01.1656–29.02.1656
Text	Iacobus Tappius Doctor exactis festis diebus natalitiis IX Ianuarii nonam

	habuit disputationem pathologicam / X renunciatus est novus Prorektor / Sequentibus huius mensis ut et Februarii et Martii ordinariis diebus particulares morborum causas tum externas tum internas explicavit, et novas privatim disputavit / Per aliquot dies morbo et luctuosissimo Venerandi Domini Doctoris Georgii Calixti obitu a lectionibus inpeditus fuit.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 89
Zeitraum	31.03.1656–14.09.1656
Text	Iacobus Tappius Medicinae Doctor Finitis feriis paschalibus Mense Aprili, Maio, Iunio et in principio Iulii adhuc fuit occupatus exponendis iis rebus quae in corpore nostro genita morborum caussae sunt, ut mali humores, flatus, halitus, vapores, vermes, calculi, ubi prolixè ex Medica historia exempla produxit in omni fere corporis humani parte generari vermes et lupillos / et qua ratione illi sint morbi, qua vero caussa morborum / Die autem octavo Iulii quintum ProRector huius academiae constitutus molestissimi tum Civium academicorum tum oppidanorum interpellationibus et negotiis quodtidianis academicis impeditus hactenus quidem / [v] / publicis lectionibus vacare non potuit / dabit tamen operam ut negotiis illis majore ex parte expeditis in pathologicis lectionibus progredi possit / Duas habuit publicas disputationes de methodo medendi unam VII Iunii, alteram IX Augusti / Circa X Maii correptus fuit acerthrivis [?] ischiadicis doloribus quibus per duas septimanas et ordinariis laboribus abstinere coactus fuit / Bis Halerbstadium vocatus est ad Illustrem Dominum de Blumenthal Asthmate laborantem nempe XIV Iulii usque ad XVIII et XI Septembris ad XIV.
Quelle	37 Alt 204, H.2, 49-50
Zeitraum	08.01.1657–21.01.1657
Text	Lectiones habita MDCLVII / Mense Ianuario a Iacobo Tappio Medicina Doctor et Professor publicus / Die VIII Ianuario De illa visus Deputatione egit, qua Affecti qui Latinis Pacti dicuntur, vel deorsum oculos detorquent [?]: vel eos hinc inde celerrime motitent / Die IX Mutatio Pro Rectoratus fuit instituta / Die XII Dominica Vallerschlebiem [Fallerleben, F.D.] alii ad Praefecti aepotantem [?] uxorem et filium / Die XIII Domum rediit / Die XIV Explicavit causas, qui fiat quod obiectum visibile revera unicum et simplex, duplex appareat. / Die XVI Reliquas causas huius mali exposuit, et exempli ex historia medica petitis confirmavit / [v] / Die XVII De illo visionis vitio sermonem habuit, quo omnia obiecto apparent fenestrata sive perforata / Die XIX Feriato Flectingum [Flechtingen, F. D.] profectus est ad Nobilissimum Wernerum Schenck [?] gravi morbo decumbentem / Die XXI Depravati visus in quo res quae revera non adsunt, ut antecula, filamenta, musiae etcetera oculis obferuntur, causas explanavit / Die XXIII De mamarigis fictae [?] splendoribus et coruscationibus oculis obversantibus, et qualos morbos praesagient discursum instituit. / Die XXIV Omnibus ex causis visus eo modo depreviatur ut omnia obiecta alieno colore, qui illis non est appareant, exposuit / Die XXVII Omnes non causas illud vitium vitium habeat quo quae fixa et immota suet circummagitendum / [66r]/ tuo, declaravit: omnes causae cum variae sint iis exponendis etiam diem sequentem impedit. / Die XXX De ἀλωγνία sive visus imminutione et observitate [?] egit. / Die XXXI Omniam μωπις sive Lusciosi sint, quique istius vitii causae explicavit / Mense Februario / Die III Februarii Examinavit sennenti

sententiam, qua rationem reddit, qui fiat quod quidam propinqua obscuria vel praesentia non, distantia vero optime vident et contra quidam remotiora nulla modo propinqua vero recte cernere possint. / Die IV De Nyctelopia eiusque differentiis et causis disseruit. / Die VI Halberstadium adiit, ubi invitante eum viro quodam primario, sponsoris ad sacrum fontem officio functus est / [v] / Die XI Antequam de caecitate ageret, prius exposuit qua ratione Visio fit, et illorum argumenta consideravit, qui sola receptione eam fieri statuunt. / Die XIII Eorum rationes examinavit qui sola emissionem radiorum visitorum visionem perfici existimat / Die XIX De caecitate eiusque causis caepit dicere / Die XVII Spirituum animalium vitia caecitatem producere explicavit / Die XVIII Quomodo ex nervorum obstructione, compressione, convulsione et volutione caecitas oriatur demonstravit / Die XX Ex uterae tunicae foraminis site [?] pupillae obstructione ea [?] / Die XXIV De suffusionis gradibus, nempe incipiente, angestate [?] et perfecta sermonem fecit. / [67r] / Die XXIV et sequentibus usque ad XXVIII Visitatio pharmacopolis oppidani instituta est. / Mense Martio / Die III Tertii gradus varias differentias enarravit, et explicavit / Die IV Omnes suffusionis qualitates quae non, et quomodo haec ab illis dignoscendae ostendit. / Die VI qua ratione suffusionis curatio instituenda sit, demonstravit / Die VII Sennerti opinionem examinavit an verum sit quod signis suffusione labores lumen non caecet [?] non possit punctione facta curari, ideo, quia visus turbidus et obscurus redditus est. / Die X De Auditu eiusque organi naturali constitutione disseruit. / Die XI De Auditu depravato, et in specie de Tinnitu aurium eiusque causis sermonem habuit / [v] / Die XIII Tonitus aurium causas et quales quartus hic et Tinnitus praesagiant explicavit / Die XIV De sibilo et susurro egit, et quorum morborum praenuntii esse soleant, tradidit. / Die XVII et XVIII De imminato sive gravi auditu eiusque causis sermonem fecit. / Die XX Publicum habitum fuit consistorum. / Die XXI De obauditione sive auditu confuso, qui ex depravato et imminato compositio disseruit. / [angefügt mit anderer Tinte:] Disputationem publicam habuit de Amore insano.

Quelle 37 Alt 2490, Fol. 65-68

Zeitraum 24.01.1657–28.02.1657

Text Iacobus Tappius Medicinae Doctor Magistratum academicum gessit usque ad diem XXII Ianuarius Anno MDCLVII / Die XXIX Ianuario Rediit ad lectiones publicas, et hoc et sequenti die qua ratione aev [?], venti [?], cibus et potus medicamenta et venera, tum extrinse cum corpori admota tum intra corpus sumpta, morbos calidos producunt explicavit. / Mense Februarii / Die[bus] III, V et IX (Viti Consistorio publico inter fuit) quomodo motus corpori, Vigilia, meditationes, curae, ira et excandescencia, humores eorumque putredo morbos calidos efficiant exposuit / [v] / Die X. Privato consistorio interfuit / Diebus XII. et XIII. De causis externis frigidae intemperiei, XVI et XIX de causis internis egit / Die XVII Ad publicum vocatus est consistorium / Die XX. Coepit explicare causas externas humidae intemperiei / Die XXIII Vocatus est horis matutinis ad V horam a Doctore Fridrici Ulrici Calixti ex recenti partu prodissime [?] decumbentem. / Dies XXIV. Habita est Disputatio Inauguralis. / Diebus XXVI et XXVII Causas externas humide interpretari absolvit, et simul de eiusdem interni egit.

Quelle 37 Alt 2490, Fol. 44

Zeitraum	01.03.1657–20.03.1657
Text	Anno MDCLVII / Iacobus Tappius Doctor et Professor publicus / Die II. Martii sine intemporis causas externas. / Die III. Eiusdem internas recensuit. / Diebus V. et VI. Egit de compositarum et quae qualium inter pererum caussis. / Diebus X. et XII. Facultati examini subiectus est Olans Osterius succus. / Diebus XIII. et XVII [et] XVI. Nundinarum Feriae erant quidnam tumores et qua ratione ex sanguine, bile, pituita et Melancholia oriantur exposuit. / Die XVIII. Disputationem privatam habuit de causis intemperierum singularium. / [v] / Diebus XIX. et XX. Quosnam tumores mixti humores moueant enarravit.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 43
Zeitraum	31.05.1657–31.05.1657
Text	Iacobus Tappius Doctor academicus Iuli hoc temporis. / ProRector ob negotiorum academicorum cumulum ordinariis quidem horis docere non potuit, non defuit tamen studiosis consilio et manu ducatione ad artem medicam addiscendam et perficiendam ipso opere factitandam.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 45
Zeitraum	04.05.1658–24.05.1658
Text	Lectiones publicae habita a Iacobo Tappio Medicinae Doctorando eiusque Professor publicus / MDCLVIII / Mense Maio / Die IV. Mai De secundo specie non naturalis nexatuum Angustio constipatione, et tertia, conlefecentia earum que causit egit. / Die V. De subsidentia mentuum, et an illa detur in corpore humano sermonem habuit. / Die VII. De quinta specie compressione, eiusque causeri disseruit. / Die VIII. Qua methodo haec cavitatem vitia corrigenda sint caepit dicere, et quidem primo de prime angustie spieci obstructionis curationis modo / [v] / Dictas sequentibus festum Pentecostes celebratum fuit. / Die XVIII. Examini subiectus fuit candidatus Medicinae. / Die XXI Ubi angusti Vasorum oritus ex abundantia sangionis, quae eam Venae secunda sint, ostendit. / Die XXII. Communem illum Medicorum errorem, quod venae quinter degitum annularem et minimum salvatella dictae sectio morbis splenicis prost, proposuit et refutavit. / Die XXV. Iussu Academiae se ad iter Wolferbytum faciendum accinxit, quod tamen ex improvise fuit impeditum. / Die XXVI Oratio publica hora X fuit habita. / Diebus XXVIII et XXVIII Quanta cum utilitate vena frontis, vena in maiore angulo oculorum, et extremitate nase secetur, ex historia medica demonstravit.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 97
Zeitraum	02.06.1658–29.06.1658
Text	Mense Iunio / Die Iunii II et IV Venarum Ingularium sectionem efficacem usum habere in Epilepsia, Apoplexia, Angium et aliis cerebri, cordisque affectibus, probati exempli ostendit. / Die V Quae circa, illarum venarum sectione et consolidatione observanda docuit / Die VIII De mensium suppressione in corpore muliebri ex sanguinis Copia orta cepit agere / Diebus IX et XI De curatione modum tradidit / Die XII Ad huc quaedam prolata remedia enarravit / Die XVI Nuptiis Filio Dominus Doctor Weneri interfuit / Die XIX Hora X ad

	publicum consistorium fuit vocatus. / Diebus XXII et XXIII Qua ratione curationis modus / [v] / instituendus, quando ex sanguinis et excrementorum humorum carssitie, et lentore obstructio oritur, exposuit / Die XXIV Festum S. Iohanni Baptistae fuit celebratum / Die XXV Supputebantur rationes cum secretario et Oeonomo Academiae. / Die XXVI Medicamenta huic morbo curando apta enarravit. / Die XXIX Consistorium publicum hora X. fuit institutum.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 98
Zeitraum	08.10.1658–09.11.1658
Text	Anno MDCLVIII / Mense Octobri / Iussu serenissimi Principis Augusti Domini mei Clementissimi in fine Septembris adii Wolferbytum ad Magistratum cum Domini [?] Cancellarium Schwartzkopfium gravissimo morbo decumbentem, et apud eum commoratus sum usque ad diem VIII Octobris. / Die XII Examine privato subiunctus est Medicinae Candidatus Christianus Fabricius. / Die XIV Examen illud continuatum est. / Die XV. Festum academiae fuit celebratum. / [v] / Die XVIII Cum celum esset serenum, à Cl. Domino Doctore Voglero Botanico herbatio publica autumnalis est instituta. / Die XIX Iussu Magistratus Domini Pro Rectoris horis matutinis interfui Consilio cum senatu oppidano de rebus ad academicam pertinentibus habito. / Die XXI Coepi agere de Phrenitida, et 1. Egi de varia vocis acceptione, et de mentis abalienatione cum genere. / Die XXII. Quaenam principes functiones 2. Phrenitide Laedantur, an interdum sola imaginatio salva, Ratiocinatione, et contra an Ratiocinatio integra manente imaginatione depravari possit exposui. / [100r] / Diebus XXV, XXVI, XXVIII et XXIV De tribus his capitulis egi. 1. Ad sensuum et mentis actiones terventem [?] arteriosum et venosum sanguinem prorsus inceptum esse ostendi, idque iracundiae, ebrietatis et delirii senilis exemplis declaravi, et testimoniis Hippocratis et Aristotelis conprobavi. 2. Ad mentis operationes recte edendas requiri sanguinem temperatum. 3. Contemperationem illam sanguinis fieri in cerebro et nervis. / [100v] / Anno MDCLVIII / Mense Novembri / Diebus I et II Novembris Egi de causis internis phrenitidis, et in specie causam proximam istius morbi esse calidam intemperiem sanguinis, ex inflammatione partis cordi vel cerebro vicinae ortam demonstravi. / Die IV Inauguralem disputationem Pro Decano et Praeside habuit Christianus Fabricius. / Die VI Iterum Wolferbytum vocatus sum ad aegrotantem Dominum Cancellarium. / Die XIII Domum redii. / Die XV Electio novi Vice Rectoris instituta est.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 99 f.
Zeitraum	16.11.1658–23.12.1658
Text	Die XVI Novembris publice pro gradu Doctoris obtinendo disputavit me Praeside Andreas Bossens Hildesiensis. / Proximis diebus lectiones ordinarias impedivit publica librorum auctio. / Die XXIV Tertia Vice Wolferbytum profectus sum ad Dominum Cancellarium Schwartzkopfium die XXIII Pro [?] Vitam suam finientem. / [101v] / Mense Decembri / Die II Decembris Wolferbyto ad Academiam redyt. / Die III Causas extremas Phrenitis exposui. / Die VI Coepi agere de partibus afflictis et ostendi symptomata ut sunt actiones laesae non semper habere unam determinatam aliquam partem affectam. / Die VII. Demonstravi cerebrum non pati veram inflammationem: et phrenitum

	<p>ex inflammatione diaphragmatis ortam tam veram et genuinam esse, quam quae ex inflammatione membranarum cerebri producitur. / [102r]/ Die IX. Distinctionem illam inter affectum genuinum et nothum magis competere morbis proprie ita dictis eorumque causis quam symptomatibus, adeoque minus recte accomodavi phrenitidi. / Die X. Quartum me Wolferbytum contuli cum Vize Beati Domini Cancellarii ex diurnis Vigiliis, et animi maerore telari [?] correptus, meam expeteret operam, quam ei denegare nullo modo potui. / Die XIV. Ad academiam redii. / Die XVI Qua ratione Phrenitis a Mania et aliis deliriis differat, exposui, simulque de signis causarum et partim affectarum egi. / [102v]/ Die XVII Coepi agere de Mania. / Diebus XX. et XXI. Causas eius internas proposui. / Die XXIII. Ostendi cerebri, nervorum eorumque sanguinis calidam intemperiem proximam Maniae causam esse. / Iacobus Tappius Doctor</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 101 f.
Zeitraum	10.01.1659–24.03.1659
Text	<p>MDCLIX / Mense Ianuario / Iacobus Tappius Medicinae Doctor et Professor publicus / Die X Ianuarii ad lectiones publicas rediit et phrenitidis signa diagnostica causarum et partium affectarum exposuit / Die XI Signa prognostica enarravit eorumque causas explicavit / Die XIII Coepit agere de Mania et I) quidem de latitudine vocis $\mu\alpha\nu\iota\alpha\varsigma$ apud Graecos et Latinos Scriptores / Die XIV De quatuor speciebus Manias secundum mentem Platonis in Dialogo de pulchro disseruit / Die XVII Transitum fecit ad Maniam proprie dictam et quae ad veram eius causam indagandam praesupponenda sint, enarravit / [v] / Die XVIII Hactenus receptam opinionem de causis Manias falsam esse ostendit / Diebus XX et XXIV Veras causas tradidit, scilicet vitium non tantum esse in sanguine praeter naturam fervente sed in cerebro sanguinem refrigerandi facultate destituto, et contra calore non naturali affecto / Diebus XXIV et XXV Egit de causis internis cerebrum praeter naturam calefacientibus / Diebus XXVII et XXVIII Causas externas recensuit, et explanavit / Die XXXI Solvit illud dubium, qui fiat, quod Maniaci febris non laborent, cum tamen sanguinem habeant praeter naturam calidum / Mense Februario / Diebus III et IV Ad illud respondit, qui fiat, quod Maniaci longaevi sint, bene nutriuntur et ingenti robore polleant / [93r] / Diebus VII, X et XI Egit de causis supernaturalibus Manias, et qua ratione Cacodaemon hominum mentes turbare eosque in furorem agere possit, declaravit / Die VIII Interfuit nuptiis primarii cuiusdam civis vicini sui / Die XII publicam habuit Disputationem de Ichoribus / Die XIV et XV De partibus affectis Manias egit, et ostendit in omni vera mania cerebrum et nervos affici / Die XVII In Mania praeter sensus internos etiam externos omnes depravari demonstravit / Diebus XVIII et XXIV / (XXI enim et XXII auctio publica librorum fuit instituta) / species et differentias Manias, ut Furorem ex amore in sano / Furorem uterinum, ex morsu canis rabidi, et / [v] / Die XXV Furorem Lupinum Lycanthropiam dictum, breviter explicavit / Die XXVIII De signis Manias Diagnosticis et prognosticis egit / Mense Martio / Die 1 Caepit agere de Incubo / Diebus III et IV Symptomata in hoc affectu concurrentia enarravit, eorumque causas exposuit / Diebus VII, VIII et X Veterum Graecorum et Latinorum imprimis Lactantii et Augustini de hoc malo recensuit opinionem existimantium Daemones corporios Sylvestres, Sylvanos, Fauno, Lamias Incubi</p>

	causam esse / Diebus XI et XIV Arabum et Recentiorum Medicorum de hoc affectu sententias proposuit / [94r] / Die XV Has sententias examinavit, et quid veri vel falsi habeant ostendere caepit / Die XVI Halberstadium ad aegrotantem Uxor suae sororem vocatus est / Die XIX Ad Academiam rediit / Die XXI quae de examinandis istis opinionibus restabant, absolvit / Die XXII et XXIV His omnibus suam sententiam subiecit.
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 92-94; 149-151
Zeitraum	07.04.1659–26.06.1659
Text	MDCLIX / Mense Aprili / Jacobus Tappius Medicinae Doctor eiusque Professor publicus / Die VII Aprilis publicam habuit Disputationem de Alimentis / Die XII Caepit agere de Epilepsia, morbo ratione causarum cognitu difficillimo, ideoque aliquando prolixius et accuratius eius doctrinam proposuit / Die XIV De Symptomatibus et Signis instantem Epilepsiam indicantibus egit / Die XV Hora decima vocatus est in consistorium privatum / Die XVIII et XIX Symptomata Epilepsiae paroxysmum concomitantia exposuit / Die XXI Differentias Epilepsiae, ratione invasionum frequentiae, vel raritatis, longitudinis vel brevitatis, Symptomatum intensionis et remissionis explicavit, easque hoc et / Die XXV Historiis et Exemplis et Scriptoribus Me- / [v] / dicis petitis comprobavit / Die XXII Aprilis hora X habitum fuit consistorium publicum ob negotium cum Senatu oppidano communicantum / Die XXVI Vocatus est in pagum Immendorff ad Nobilem Volrath a Krosigk / Die XXVIII Caepit agere de causis morbi caduci et primo proposuit hoc / et Die XXIX Sententiam Hippocratis, eiusque hoc de re obscura verba explicavit / Mense Maio / Die II Pelopis et / Die III Galeni opinionem de causis huius morbi enarravit, easque examinavit / Die IV In negotio academiae una cum Domino Doctore Georgio Wernerio Wolferbytum abiit, ibique usque / ad Diem VII commoratus est / Die IX preces publicae pro avertenda frugum calamitate sunt institutae / [96r] / Die X Disputatio inauguralis fuit habita / Die XII Festum Ascensionis Christi est celebratum / Die XIII ostendit Galeno communiter falso tribui eam opinionem ac si omnem Epilepsiae speciem ex crasso et viscoso humore ventriculos cerebri obstruente oriri statueret, et in quam re Galenus erret exposuit / Die XVI Fernellii, Erasti, Caesalpini et Genesti Placita de Epilepsiae causis enarravit / Diebus XIX et XX Fernellii et Erasti sententiam examinavit / Die XXI Candidatus ille Examini privato subiectus est / Sequenti Septimana celebratum est Festum Pentecostes / [v] / Die XXVI Publica Herbatio instituta est / Die XXX Caesalpini et Senerti opinionem refutavit / Die XXXI Propriam sententiam proponere, eamque ratione et experientia probare caepit / Mense Iunio / Die II Qua ratione illae causae in partes affectas agant, et morbum comitalem producant docuit / Diebus III et VI Illas causas nec in ventriculis, nec in vasis neque in medulla sive substantia cerebri posse generi, sed ex inferioribus partibus ad id deferri, demonstravit / Die VII Quomodo sensus externi et / Die IX quomodo Interni tollantur, vel secundum causarum remissionem imminuantur ostendit / Die X Causas Convulsionis totius corporis, vel aliquarum partium explicuit / [97r] / Die XIII Cur potissimum illa Convulsio in externis partibus scilicet brachio, manibus digitis, cruribus et pedibus oriatur explanavit / Die XIV Ob quam causam praecipue pollices in manibus contrahantur et convellantur; Item unde motus spontaneus tollatur, et contra praeceptum ille lapsus oriatur, declaravit / Die XVI Disputatio Medica

Quelle	<p>Inauguralis est habita / Diebus XX et XXI Difficilis respirationis, cortis angustiae et pulsus mutationis et spumae circa os collectae causas reddidet / Diebus XXII et XXIII De causis antecedentibus egit / Die XXIV Celebratum est Festum Sancti Iohannis Baptistae / Die XXVI Nomine Academiae Hannoveram profectus est ibique mansit usque ad Diem 11 Iulii.</p> <p>37 Alt 2492, fol.95-97</p>
Zeitraum	04.10.1659–23.12.1659
Text	<p>MDCLIX / Mense Octobri / Iacobus Tappius Medicinae Doctor et Professor Die III Octobris auspicatus est doctrinam de somno eoque die ostendit somnum Vigiliis opponi et quidem privative / Die IV Animalibus ad conservandam ritum et redintegrandos eorum actiones somnium necessarium esse demonstravit / Die VI Consistorium publicum horis matutinis fuit habitum / Die VII Omni animanti etiam piscibus et insectis oculos duos atque palpebris habentibus somnum competere ex Aristotele tradidit / Die X Cum sensuum affectus sit somnus illi vero non / [v] / omnes aequae omnibus animantibus insint, quo perfectius est animal, et quo plures habet sensuum functiones eo magis, quo vilius autem et imperfectius eo minus illi somnum competere, eoque obscurios somnum in illo deprehendi, docuit / Die XI Nuptiis interfuit / Die XIII Actus Doctoralis in Iuridica Facultate fuit institutus / Die XIV Aristotelis problema 30 Sectione 10 exposuit, ubi quaerit, Cui animalia minori tempore dormiant quam vigilent, cum tamen suavius sit dormire quam vigilare / Die XVII Postquam ostendisset, somnum esse [später eingefügt:] functionum sensuum cessationem, porro inquisivit, an in omnium an vero in quorundam sensuum cessatione consistet somnus / [99r] / Die XVIII Non quamvis ex quacumque causa ortam sensuum cessationem somnum esse exposuit / Die XIX Gravi morbo correptus est, ita ut per 4 Septimanas a studiis et lectionibus abstinere coactus fuerit / Mense Novembri / Die XXII Novembris rediit ad ordinarias lectiones suas et hoc et / XXIV die Aristotelis sententiam de somni causis proposuit / A die XXV usque ad IV Decembris publica anatomica demonstratio in corpore mulieris fuit instituta / Mense Decembri / Die autem II Decembri Disputatio inauguralis medica fuit habita / Die V Galeni opinionem de causis somni enarravit / [v] / Die VI solemnitates Doctorales in Medica Facultate sunt institutae / Die VIII Caepit examinare Aristotelis sententiam de causis Somni et quid veri quid falsi habeat ostendere / In specie autem hoc die I singulis somni temporibus frigidum quendam humorem a capite ad partes inferiores defluere somnumque producere veritati minime consentaneum esse demonstravit / Diebus IX, XII et XIII 2) Illum humorem simul a partibus superioribus ad inferiores et internas calorem repellere, Neque non / 3) Vasa per quae ad illas partes defluit coarctare et obstruere, adeoque / 4) partes superiores refrigerari, inferiores vero et internas incalescere somni tempore, contra anatomica principia et manifestum experientiam esse declaravit / [100r] / Die XV Facultatis nostrae examini subiectus est Iohan Wilhelmus Berckelmannus / Die XVI Quae restabant de Aristotelis sententia refutanda absolvit / Die XIX Peregre abfuit in exequiis amici cuiusdam / Die XX continuatum fuit Examen Berckelmanni / Diebus XXII et XXIII refutavit Galenum opinantem somni Causam esse nativi caloris defatigationem et nimiam siccitatem, ob quam ad convenientem alimentum ad interiora numerare cogatur, ut convenientem humiditatem sibi repararet .</p>

Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.98-100; 152-154
Zeitraum	12.01.1660–17.03.1660
Text	<p>MDCLX / Mense Ianuario / Iacobus Tappius Medicinae Doctor / Die XII Ianuarii rediit ad publicas lectiones et cum adhuc ageret de somni caussis, eo et sequente die refutavit Galeni sententiam, quod somnus oriatur ex obstructione nervorum, cum quavi obstructio, ut est obstructio, ist nec non naturalis somnus vero secundum naturam fiat nullus autem effectus naturalis, ex caussa non naturali quare nustali [?] producat / Die XVI caepit proponere suam sententiam de somni caussis, nempe proximam esse duplicem, unam naturalem imminutionem spirituum animalium factum ex quotidianis laboribus et functionibus si re corporis sive animi veniat [?] defatigatio et lassitudo / [v] / Alteram, spirituum animalium quidem sive cessationem a motu et influxa ad sensuum et motus organa, ortam ab exhalationibus alimentariis ad nervos dilatis, et spiritus animalibus immixtis eosque sapientibus / De prima caussa egit Die XVII et XX / Die enim XIX mutatus fuit ProRectoratus / Die XXIII Horis matutinis interfuit consistorio privato / Die XXIV et XXVI Alteram illam caussam proposuit et explicavit / Die XXVII Docuit qua ratione illi habitus spirituum animalium motum impediens discutiantur et animal evigilet / Diebus XXX et XXXI de brevitate et longitudine somni egit / [93r] / Mense Februario / Die III Febr. quinam ratione etatis vel corporis constitutionis vel Diaetae ad somnum vel vigilias proclives sint, exposuit / Die VI Horis matutinis publico consistorio interfuit / Die VII in genere egit de medicamentis Hypnoticis quae sua ἰδίοσυνηρασία (?) spiritus animales figunt et consopiant, adeoque somnum producant / Die IX in specie caepit agere de praecipuo hypnotici sel opio et ostendit ex Dioscuride, Matthiolo et Quercetano nostrum opium non idem esse cum opio veterum / Die X ostendit nostrum opium non esse frigidum sed calidum nec agere manifesta qualitate sed occulta / Die XIII et XIV a lectionibus impeditus fuit adventu hospitem cognatorum / [v] / Die XV et XVI egit de caussis antecedentibus somno / Die XVII caepit dicere de parte quae praecipua in somno afficiatur et primo proposuit Aristotelis hac de re sententiam eamque uniformem non esse ostendit ex eius lib. 2 de part. animal. c. 7 et ex L. de somno et vigil. c. 3 / Diebus XX et XXI demonstravit remote quaedam sensuum functiones dependere a corde tanquam primo et remoto omnium actionum principio unde et primum sensorium recte cum Aristotele vocari possit, sed proxime eas exerceri in uni uniuscuiusque sensus proprio et proximo organo / Die XXII Examinata fuerunt simplicia Theriacae Andromachi ingredientia / Die XXIII Mithridatii simplicia fuerant considerata / [94r] / Diebus XXIV ostendit cerebrum et sensuum organa in capite sita manifesto multis modis affici in somno in eorum actiones [?] cessare in somno contra vero cordis functiones integras manere ut motum pulsum sanguinis et caloris distributionem, tam in somno quam in Vigiliis / Die XXVII Porro contra Aristotelem disputavit quod si sensus communis suam sedem habet in corde et sensus communis in somno ita afficitur ut praesens eius actio cesset, necessario quoque ipsum cor manifesta aliqua alteratione adfici debere cuius vi illa operatio sensus cordis cesset / Die XXVIII Ad aliquot objectiones respondit, et de fine utilitateque somni egit, et tandem huic doctrinae finem imposuit / [v] / Mense Martio / Die 1 Auspicatus est doctrinam de somno non naturali, et hoc die in genere de tali</p>

somno disseruit / Die II consistorio privato hora X interfuit / die VI ob negotia sibi necessaria Schönningam abiit / die VIII In specie caepit agere de comate sive catastro / Die IX De snon [?] symptomatibus comatis somnolenti egit / Die XII Explicavit caussas proximas comatis somnolenti / [gestrichen] / Die XIII initium factum visitationis pharmacopolii academiae / Die XIV et sequentibus usque ad Diem XXII continuata fuit illa visitatio horas tam ante quam pomeridianis / [95r] / Die XXIII Galeni sententiam de caussis comati somnolenti proposuit et examinavit / Die XXVI publicum consistorium horis matutinis fuit institutum / Die XXVII De comate vigili eiusque symptomatibus egit / Die XXIX iterum horis matutinis ad publicum consistorium fuit vocatus / Die XXX caussas comatis vigilis proximas et remotas explicavit / Mense Aprili / Die II signa diagosticae et prognostica recensuit / Die III caepit agere de caro, et ostendit quomodo hic offectere [?] differat, a comata lethargo, et catalepsi / [v] / Die V Quomodo ad Epilepsiam, Apophlexia syncope et suffocatione uteri differat, declaravit / Die VI Galeni sententiam de caussis cari proposuit, et explanavit / Die VII Publicam habuit Disputationem de Epilepsia / Die X Examinavit sententiam Sennerti, et ostendit non posse earum oriri ex obstructione arteriarum carotidum, cum carus sit morbus chronicus et diuturnus, naturam obstructionem illarum arteriarum absque insigni noxa cordis imo maximo vitae periculo diu ferre non posse / Die XII Demonstravit et contra Sennertum nec ex spirituum animalium dissipatione generari carum / [96r] / Die XII et XVI Aprili suam sententiam de caussis externis et internis cari exposuit / Die XVII signa cari Dogmatica et prognostica enarravit / Reliqui huius mensis dies sacris fuerunt dicati.

Quelle 37 Alt 2493, fol.92-97

Zeitraum 03.07.1660–27.09.1660

Text Mense Iulio / Iacobus Tappius Doctor Die III Iulii caepit agere de catalepsi morbo cognito quam difficillimo, et quotuplex apud graecos sit Vocis Catalepseos significatio neque non Catachen et Catalepsin unum eundemque esse affectum ostendit / Die V Admiranda catalepsis symptomata enarravit / Die VI Horis matutinis habitum fuit Consistorium publicum / Die VIII In negotiis academiae Hannoveram profectus est / Die XVI Rediit ad academiam / [v] / Die XIX Galeni et reliquorum Graecorum sententias de caussis catalepsis proposuit / Die XX et XXIII arabum et Recentiorum placita enarravit / Die XXIV privato tentamen subiectus est Candidatus medicinae / Die XXVI Peculiares Erasti, Herculis Saxoniae et Plateri opiniones recensuit / Die XXVII Examen Candidati continuatum est / Die XXX Quid Godofredus Steeghii et Sennertus de caussis catalepsis statuunt enaravit / Die XXXI Erasti et Herculis Saxoniae opiniones examinavit / [98r] / Mense Augusto / Die II Plateri et Steeghii sententias consideravit / Die III Herbatio publica fuit instituta / Die VI Quid Sennerti opinio veri vel falsi habeat ostendit / Die VII suam sententiam proposuit, et qua de caussa motus voluntarius in Catalepsi tollatur explicavit / Die IX Rigiditatis totius corporis caussas declaravit / Die X Publicum horis matutinis consistorium fuit institutum / Die XIII Privationis sensuum internorum et externorum Caussas demonstravit / [v] / Die XIV et XVI Habitaes sunt Disputationes inaugurales in Facultate iuridica et medica / Die XVII vocatus sum ad Nobiliss. Chiharacka de Cam [...] rem aegrotantem / Die XIX opinione [?] sit natura et constitutio istius vaporis sive spiritus

congelandi vim habentis docuit / Die XXI Quod talis spiritus figendi vim habens in Corpore humano generari possit ex Arnst. et Experimentis ostendit / Die XXIII de caussis hunc spiritum generantibus et signis catalepsis egit / Die XXIV Abiit ad Nobeliss. Viduum a Baeyer in Okleben [?] aegrotantem / Die XXVII Caepit agere de sternutatione, et in specie quae non partes in ea afficiantur exposuit / [99r] / Die XXVIII sententiam Hippocratis et Galeni de caussis sternutationis recensuit / Die XXX Recentiorum et suam proposuit sententiam / Die XXXI Qualis nam motus sit sternutatio an mere naturalis vel animalis an vero mixtus ostendit / Mense Septembri / Die III Septembri Rogatu studiosorum Medicinae auspicatus est Pathologiam et in specie de duplici constitutione corporis humani naturali et non naturali sive morbida egit / Die IV Morbi naturam in genere explicavit / [v] / Die VI Feriato quot mois [?] functiones in corpore nostro laedantur ostendit / Die VIIma [quot] sint morborum summa genera et in specie quot intemperiei species exposuit / die VIII Egit de morbis intemperiei compositae et cum materia / Die X et XI De morbi totius substantiae et ut vocari possunt, materiae / Die XII Feriato disputavit contra eos qui negant morbos materiae / Die XIII et XIV habitae sunt disputationes inaugurales / Die XVII Gosleram abiit ob negotium isbi maxime necessarium / Die XXI Rediit ad acad. / [100r] / Die XXIV caepit agere de morbis organicis et quadem hoc die explicavit morbos male conformationis in significum et ucatibus [?] / Die XXV Etsi disputatio inauguralis habita fuit, tamen ut absentiam sum compensant ordinaria lectione egit de morbis Anguste et vitinte [?] delatationis / Die XXVI Feriato secundum genus morborum organ. in vitiata Magnitudine explicavit / Die XXVII Iterum Disput. inauguralis fuit instituta / Die XXVII Egit de tertio genere morborum instrumentalium in vitioso numero partium consistente

Quelle

37 Alt 2493, fol.98-100

Zitierhinweis

Prof. Jakob (Peter) Tappius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-221-tappius> [07.07.2026]